

freus se ditissimum, aut virtutis studiosissimum fingeret, cum pauperibus, & vitiis deditissimus esset, quia veritate cognita nullatenus admittenteret ad professionem. Hinc infero, hunc conjugatum, si sententiam divortii obtinuit, vel in casu rarissimo, quem n. 12. in fine explicui, quando moraliter in partibus remotissimis nullus esset timor damni religionis, si nullum sit statutum contrarium in illa religione, posse rogatum negare se conjugatum. Quia responderi ad mentem interrogantium, quia vera non est talis conjugatus, qualis non possit admitti, sed quod hoc ratiō est, ac si conjugatus minime esset. Et quamvis monachi non admittent, si scirent eum conjugatum, id promittendum est evenire, quando non est statutum in illa religione eam admissionem prohibens, ut consulari damno, quod probabiliter potest timeri fore, ut religioni contingat. Quod supponimus in hoc casu cessare: quod si aliud intendat, non esset rationi consona ea voluntas: ac proinde satis est responderi ad mentem debitam, & rationi conformem. Sicut transeuntes per locum peste infectum possunt jurare se minime transire, quando ita transierunt, ut infici peste non poterint. Respondent enim ad debitam interrogantium mentem. Ut docent *Syst. Jur. 2. p. 2. Tit. sum. c. 12. n. 19.* Atque similiter potest se respondere Episcopo ad ordines promovendi, vel litteras dimissorias concessit, non esse conjugatum, in casu dicto, quamvis sciret fore, ut Episcopus ordines, aut litteras dimissorias minime concederet. Constat ex ratione dicta.

15. Quæstio II. An vir innocens possit ad ordines sacros transire, invitata adultera uxore, in his casibus, in quibus diximus esse eum integrum proteriti? Quodam negant, Et reddidit rationem differenciam Innocentiam, quia uxor cuiuslibet viri in sacris constituti tenetur post viri mortem ab aliis nuptiis abstinere, *Quia sunt 28. d. c. 1. de Sord. d. 32. ad quod nequit cogi. 2. id videtur probari ex c. Constitutus, de convers. conjug. ubi habetur conscientiam tenuisse virum uxoris adulteræ abque ejus licentia initium. 3. quia extrat. Antiq. Jo. 2. 2. de voto, habetur nulli licere ad sacros ordines promovendi, nisi ut sacris canonibus permittitur, post initium matr. At in hoc evenit nullus est canon id permittens. 4. quia non potest vir ad ordines promoveri, nisi uxore in seculo relicta promittente continentiam, c. Conjugatus, de convers. conjug. 5. quia cum vir sic initiatum maneat in seculo, facile potest uxori committere, ac plerique la. erilegia admittit. Et ideo hanc sent. tulerunt Innoc. c. Veniens in fin. d. convers. conjug. Et ibi Host. n. 8. Et Jo. Andr. n. 4. c. Constitutus, eod. t. n. 3. An. d. c. Veniens n. 4. Et hoc dicit esse tutius Cardin. ibi, in fin. Assens. sum. 2. p. 18. r. 11. art. 2. q. 9. initio. Jo. de Friburg. sum. confes. l. 1. t. 8. qu. 49. Brunel. de spons. 30. declar. n. 11. Guiler. qu. canon. l. 1. c. 25. a. n. 13. Graff. p. 2. dec. l. 1. c. 12. n. 64.*

16. Ceterum tenendum est id licere. Quia jus conjugale æque obstat ingressi religionis, ac interceptioni ordinum. Cum ergo adultera omni jure conjugali destituitur, æque licet viro, ipsa invitata, transire ad ordines, ac ad religionem. Atque ideo hanc sent. tulerunt, ex Jurisprudentia, gl. c. Constitutus, v. Ad gradum, de convers. conjug. Et ibi Innoc. n. 11. super v. Gradum. Ant. n. 4. Abb. n. 5. Card. c. Veniens in fin. eod. tom. Goff. sum. 1. de convers. conjug. n. 8. Francisc. Art. conf. 59. num. d. p. 107. in fin. Sylv. v. Divortium, q. 17. disp. 1. n. 20. ubi Armil. n. 11. Nav. l. 3. conf. in 1. edit. ut de convers. conjug. conf. 5. in c. 14. t. de sponsal. conf. 23. n. 6. in 2. vero, l. 3. t. de convers. conf. 10. n. 1. c. conf. 12. n. 3. c. conf. 14. n. 5. Barb. ff. solut. matr. rubr. 2. p. 25. Ant. Gom. bulla cruciat. claus. 10. n. 69. Idque tamquam verum supponere videtur Archid. c. Si est, n. 10. ubi in ea gl. ibi: Injuriam faciat, d. 34. Et ibi Domin. in fin. Card. Alex. ibi, Greg. Lop. 18. v. esse misimo, tit. 2. p. 4. Hugo de Cello in repert. legum. hujus regni, v. Clericos, n. 10. ubi dicitur virum innocentem ad ordinem sacrum promovatum, relicta uxore adultera, non esse eum restituendum, licet post ordinem assumptum fornicaret. Eandem sent. docent. Et ex Theologis, Palud. a. d. 27. q. 3. ar. 2. n. 10. Et d. 35. q. 2. ar. 2. n. 14. Suppl. Gab. d. d. 32. q. 1. ar. 1. concl. 6. Et post 9. concl. v. 384. quid si nequit, Abul. c. 19. Matr. q. 75. ad fin. corp. Di. Ant. 2. p. 1. c. 21. 2. 1. ad fin. Vidor. sum. de matr. n. 53. p. 4. d. 27. q. 1. ar. 4. in fin. d. 36. q. un. ar. 5. ad 3. Led. 2. p. 4. q. 62. ar. 1. ad fin. Cord. sum. q. 138. Ovand. 4. d. 39. q. un. prop. 16. Celso 4. d. 35. q. 1. in fin. 2. argum. Palac. 4. d. 27. d. 3. col. 12. f. 598. pag. 2. & melius p. 2. immo ante v. Advertendum est, *Et ad. d. 107. in solut. ad 13. arg. f. 626. Et d. 35. disp. un. col. 6. immediate ante v. Dominus regit. v. Bng. l. de matr. c. 8. n. 10. initio, c. c. 17. ad fin. c. 12. c. 5. n. 10. Petr. de Led. de matr. q. 53. ar. 4. paulo post princ. Bart. a. Led. de sacram. ordinis, dub. 14. fin. Philarc. de offic. sacerdot. 1. p. 2. l. 2. c. 17. in Eom. 3a sum. v. Divortium, n. 2. v. Divortium, Lud. 2. p. 2. infr. de matr. c. 54. ubi de divortio in genere, v. Notandum autem, Manuel l. 1. sum. 2. edit. c. 220. d. 2. in Vega, l. 1. sum. c. 89. col. 3. Unde ea regula generalis est tradenda. Quoties licet viro ad religionem transire, uxore adultera in seculo manente, ac relicta, licet si mulier sacris ordinibus initiata nisi aliunde obstaculum addit, ut quia vir esset bigamus, aut alias irregularis. Hanc reg. tradunt Goffred. sum. tom. de convers. conjug. n. 8. Palud. 4. d. 27. q. 3. ar. 2. n. 10. Di. Ant. 2. p. 1. c. 21. 2. 1. ad fin. Sylv. v. Divortium, qu. 17. d. 1. n. 25. ubi Armilla n. 11. Villosa sum. d. matr. n. 253. Sotus 4. d. 27. qu. 1. ar. 4. in Nav. l. 3. conf. in 2. edit. 2. de convers. conjug. conf. 10. n. 1. Ovand. 4. d. 39. q. un. prop. 16. Enriq. l. 1. de matr. c. 8. n. 10. in 1. c. 12. c. 5. n. 10.*

17. Ad argum. n. 15. proposita resp. Ad 1. die cum Abbat. c. Con.

18. *Apertus n. 5. de corp. conjug. tunc uxorem teneri ab aliis nuptiis abstinere, post viri ad sacros ordines promoti obtinuit, quando voto obtenta licentia initiatus est. Tunc enim cenetur ipsa voto castitatis se abstrinere: secus quando ipsa adulterate. Ad de. sumptum ex c. Constitutus, responderi dupliciter, 1. fuisse votum scrupulatum, & inceptum. Poterat enim abque scrupulo ad ordines promovendi ab uxoris adulterate. Sic responderi Jo. Andr. ibi n. 1. Ant. n. 3. Card. sum. Secundo responderi Jo. Andr. c. Anton. ibi n. 1. Ant. ibi, num. 2. remansisse conscientiam, eo quod vir fuerat occulte adulteratus: ac proinde compensabantur adulteria. Sed hanc posteriorem solutionem merito rejecit Card. ibi in fin. eo quod non constat id ex textu: atque ita fundamentum caret, dicere virum fuisse occulte adulteratum. Ad 3. die, quamvis non sit textus id dispensans circa sacros ordines, fati est id dispositum extare circa transitum ad religionem, ut constat ex dictis n. 2. utrumque enim æqualiter impeditur propter jus conjugale: & ubi transitus ad religionem permittitur, censetur concessus transitus ad ordines, ut n. præced. hinc ostendimus. Ad 4. die cum textum loqui, quod matrimonium est integrum & illæsum, noluit eum jus canonice concedere transitum ad ordines, vel religionem conjugii, ex sola alterius licentia. Secus autem est, quando conjugii dicitur ab adulterio alterius. Tunc enim cum liber sit ab omni conjugali onere, potest libere ad ordines, aut religionem transire, perinde si conjugatus minime esset. Ad ult. fateor id periculum subesse, ac cum possit Dei gratia tentationibus resisti, licet ut transitus ad ordines.*

DISPUTATIO XII.

Utrum conjug innocens possit propria autoritate ab adultero divertere, ita ut nec in foro externo sit eum restituendus, amicitate eo ipso adultero sus exigendi debitum: & qualis adulterii certitudo ad hoc desideretur?

SUMMARIUM.

Quæ questiones disputantur, n. 1. An conjug innocens possit autoritate propria debitum negare adultero. Refertur duplex sent. n. 2. 3. Et 4. Potest quamvis adulterium sit occultum, 5. Quid, si iudex precipiat sub excommunicatione lata, innocenti ut debitum reddat, an teneatur innocens obedire, 6. An licet divortii pendente, teneatur innocens reddere. 7. An conjug adulter sit privatus jure exigendi debitum, an potius sit privandus: atque adeo possit adire iudicem, ut compellat innocentem reddere. Et an si innocens divortium petens, ac dotem adulteræ sibi applicari, desitui probationum, aut quia falsis testibus, falsos negari adultera se videtur, succumbat: teneatur adultera dotem restituere, ac divortio connivere, & coram iudice fati adulterium, remissive, n. 8. Et ibi etiam remissive, accusatio adulterii ad divortium esse missa, c. criminali accedit. Solvantur argumenta, 9. Post n. 9. invenitur alia summaria.

1. Triplicem petit disp. præfens quæstionem agendam. I. est, an conjug innocens possit propria autoritate debitum negare adultero? II. An possit eum non cohabitare, ac proinde divortium propria autoritate celebrare? III. qualis notitia ad hoc desideretur?

Quæstio I. Utrum conjug innocens possit propria autoritate, minime iudicio Ecclesiæ expectato, debitum conjugale negare adultero? Quatuor invenio sententias. Prima ait, desiderari Ecclesiæ sententiam, ut possit conjug innocens debitum negare adultero. Ducitur 1. Quia negare debitum est poena adulterii. Ut docet gl. c. Porro, v. Separari, de divortio, & probavi l. 1. disp. 68. n. 4. in prima ratione: ergo non inferenda est nisi per iudicem. Alias idem conjug innocens esset actor, & iudex, sibi que si diceret in causa propria, contra l. Nullus 13. C. de Judicis, & l. un. C. ne qui in sua causa iudicet, c. l. 19. in 16. q. 3. Et confirmatur, quia est poena conventionalis (c. dixi hoc l. d. 3. n. 4.) ea enim lege initum est matrimonium, ut servati fidelem, fides servanda sit, secus ubi alter conjug eam violat. Poena autem conventionalis non debetur ante iudicis sententiam (ut cum veriori opinione defendimus l. 1. d. 37. n. 4.) Secundo, quia conjug adulter non eo ipso privatur jure exigendi debitum, sed privandus est (ut defendimus l. 1. d. 68. n. 4.) Ergo desideratur iudicis privantis sententia. Non enim æquum est, ut ipse conjug injuria adulterii affectus, sit iudex privans. Tertio, quia lex universalis non applicatur ad casum particularem, nisi media iudicis sententia, cuius est merita cause discutere, & accusationem actionis, exceptionesque rei perpendere. Cum ergo lex de divortio a Christo Matr. 19. lata ob adulterium, sit generalis, omneque adulterium, ac universos conjuges amplectatur, desideratur iudicis sententia, ut huic speciali adulterio accommodetur. Atque ita hanc partem tulerunt Hugo relatus q. 1. c. fin. v. Fornicationis, adulter. gl. dicens esse valde probabilem c. fin. v. Patro. 32. q. 1. In. c. fin. de adul. v. ibi Anb. n. 4. Turrec. esp. Ag. ab. s. fin. super v. Uorem 27. q. 2. Suppl. Gab. d. 35. q. un. ar. 2. concl. 6. Et in solut. ad 2. contra illum, gl. post solut. ad 4.

Secunda sententia petit adulterium esse notorium, ut possit innocens propria autoritate debitum adultero negare. Quoniam ad negandam cohabitationem id desiderari fatentur omnes (ut

n. 10. & seq. videbimus.) Et non est major ratio de cohabitatione, immo minor: cum ex obligatione solvendi debiti conjugalis oriatur cohabitandi obligatio. Sic tenent gl. c. fin. v. Fornicationis, paulo post princ. Et paulo ante finem de adulterio, c. ibi Jo. Andr. n. 5. Henr. n. 4. Goff. sum. t. de div. n. 5. Hof. c. Inquisitio, paulo post princ. de sent. excomm. Archid. c. Inquisitio 32. q. 1. n. 3. Et c. Si quis 34. d. un. v. In ea gl. ibi: injuriam faciat. Præp. c. Ex parte, n. 4. de spons. Monald. sum. t. de matr. S. de effectu matr. ad fin. & ubi de divortio, s. Propter quid divortium fit, in fin. Lex regia 8. t. 2. p. 4. Imo Hof. Præp. c. Monald. priori loco allegato, perunt adulterium ita notorium esse, ut nullus inficiationi locus esse possit. Ut puta: si adulteri publice cohabitent.

III. sententia fatetur adulterum eo ipso destitutum esse jure debiti exigendi, ac proinde exigendo peccare: ait tamen adultero exigenti teneri innocentem reddere. Ducitur, quia duplex jus habet conjug in alterum conjugem; alterum, ut exigat, & hoc amittit ob adulterium; alterum, ut sibi exigenti reddatur, quamvis exigendo peccet: & id non dependit adulterio admisso. Sicut prælati delinquit, nec jus habet imperandi aliquid debium, si culpa necesse: subditus tamen imperanti obedire tenetur. Et similiter conjug voto castitatis astrictus, jure debiti petendi caret, & petendo reus est sacrilegii, ac alter conjug, petenti reddere tenetur. Sic Jo. de Friburgo sum. confes. l. 4. t. 2. qu. 50.

IV. sent. (quam verissimam esse credo) ait, conjugem innocentem certum de alterius adulterio, eo ipso eximi a debiti reddendi obligatione, nec ad id desiderari adulterium esse publicum, aut Ecclesiæ sententiam. Ducor, quoniam jus naturæ in ipso contractu matrimonii ea conditio adhibita est, ut servati fidelem, fides servetur, secus enim violata (ut d. 3. n. 4. diximus) nec id ex conventionem partium, instar mere poenæ conventionalis, confurgit: sed est quasi conditio in contractu ipso inclusa: itaque quamvis aliqualem penam rationem habeat, respectu adulteri, qui quasi in poenam fidei fractæ, jure exigendi privatur, ac potius est conditio, quam poena. Sicut communitur tradunt DD. poenam a testatore adjectam legato, sub conditione caste vivendi, potius conditionis naturam, quam poenæ sequi. Ad conditionem non servata in pacto imbibita, aliter paciscens est eo ipso liber ab obligatione fidei in pacto præstita, nec ad hanc exemptionem aliquid amplius desideratur, quam certa notitia fidei sibi fractæ. Ergo conjug innocens certo sciens sibi violatam esse conjugalem fidem admisso adulterio, liber est a debiti reddendi obligatione. Secundo, quia cum res hæc, quæ est debitum negare, intra privatos parietes, & occulte sit agenda, & non publicitatem postulet, instat expulsiōis a propria habitatione, non est coram notorio delictum, iudicive sententiam desiderat. Tertio, quia alias cogere tur innocentem injuriam sibi ab adultero illatum condonare, Nam reddens debitum dondat (ut disp. 14. probavimus.) Et vir innocens cogere tur damnum bigamie pati, quam cognoscens adulteram incurrit. Et ideo hanc sent. fulsunt, ex Jurisprudentia Hof. c. Porro, n. 3. de divortio, ubi Jo. Andr. n. 3. Ant. n. 12. Anc. n. 9. Idem Hof. cap. fin. n. 3. de adult. ubi Ant. fin. Abb. n. 6. Præp. c. De illa, n. 7. de divortio. Aliter in suo repert. l. M. verb. matrimonii. 8. vers. Quod si aliqui conjugum. Jo. de Friburg. sum. confes. l. 4. t. 2. qu. 47. Assens. sum. 2. p. 18. t. 1. art. 3. q. 17. Argel. Matr. 4. n. 1. Sylv. v. Divortium q. 8. ubi Armilla n. 7. & v. Matrimum n. 76. Tabiena Matrimum. 4. q. 4. n. 5. Turrec. 32. q. 7. in sum. art. 1. n. 6. c. c. Scularis 33. qu. 2. n. 1. Covar. d. decr. 2. p. c. 7. 5. 5. n. 11. fin. Gaeta reperi. c. ad l. unia 30. q. 1. §. 4. n. 216. c. 422. Barbos. rubr. 2. p. n. 26. ff. solut. matrimum. Et ex Theologis D. Th. 4. d. 35. q. un. art. 3. corp. c. ibi D. Bonav. art. un. q. 3. Durand. q. 1. ar. 2. n. 7. Ricard. art. 1. qu. 3. Palud. q. 1. ar. 4. concl. 1. n. 27. c. 27. q. 4. ar. 2. n. 11. Ant. 3. p. 1. c. 21. c. 21. s. 5. Abul. c. 19. Matth. q. 72. Majoris 4. d. 25. qu. 1. s. Contra priorem concl. ad fin. ubi Nil. de Orbel. 52. d. 2. Viator. sum. de matrim. n. 290. Sot. 4. d. 36. qu. un. art. 3. concl. 1. Petr. Soto l. 12. de matr. col. pen. Castro l. 2. de lege parali, c. 4. Ut igitur, Viguerius l. inf. c. 16. §. 7. v. impedim. 10. Led. 2. p. 4. q. 64. n. 3. paulo post principium. Nider. in sua sum. præcepto. c. 4. Cordub. sum. q. 138. Verac. 3. p. spec. ar. 5. concl. 2. Angles Floribus 1. p. de matr. qu. 9. divort. art. 1. disp. 3. Palac. 4. d. 27. d. 3. col. 14. f. 599. c. d. 38. d. n. col. 13. v. Si vero forte, Bellar. l. 1. de matr. c. 14. §. Secundum est, En. vir. l. 1. de matr. c. 17. n. 1. Bart. a. Led. dub. 67. de matr. concl. 1. Graff. 1. p. dec. l. 1. c. 84. n. 5. Lud. Lop. 2. p. instr. 54. de matr. ubi de divortio quoad habitationem, col. 2. Philarc. de offic. sacerdot. t. 1. p. 2. l. 2. c. 17. paulo post princ. Emme. Sa sum. v. Divortium n. 1. Manuel l. 1. sum. 2. edit. c. 240. n. 4. Petr. de Led. de matr. q. 62. ar. 3. notab. 1. Vega l. 10. sum. c. 13. casu 1.

Quid autem dicendum sit, si iudex jus excommunicatione lata sententiam, præcipiat conjug innocenti certo scienti adulterium occultum alterius, quod probari nequit, ut reddat illi debitum, non constat inter DD. hujus sent. Quidam enim dicunt innocentem non teneri reddere debitum adultero conjugii, donec compellatur per Ecclesiam, atque ita clare sentiant ad id teneri, Ecclesiæ precipiente. Quia Ecclesiæ iuste præcipit: ut cum iuxta allegata, & probata illi non constat alterum conjugem reum adulterii esse. Sic D. Th. D. Bonav. Durand. Richard. Assens. Jo. de Friburg. D. Thom. Sanchez de Matrimum. Tom. III.

10. & seq. videbimus.) Et non est major ratio de cohabitatione, immo minor: cum ex obligatione solvendi debiti conjugalis oriatur cohabitandi obligatio. Sic tenent gl. c. fin. v. Fornicationis, paulo post princ. Et paulo ante finem de adulterio, c. ibi Jo. Andr. n. 5. Henr. n. 4. Goff. sum. t. de div. n. 5. Hof. c. Inquisitio, paulo post princ. de sent. excomm. Archid. c. Inquisitio 32. q. 1. n. 3. Et c. Si quis 34. d. un. v. In ea gl. ibi: injuriam faciat. Præp. c. Ex parte, n. 4. de spons. Monald. sum. t. de matr. S. de effectu matr. ad fin. & ubi de divortio, s. Propter quid divortium fit, in fin. Lex regia 8. t. 2. p. 4. Imo Hof. Præp. c. Monald. priori loco allegato, perunt adulterium ita notorium esse, ut nullus inficiationi locus esse possit. Ut puta: si adulteri publice cohabitent.

Ant. Sylv. Tabiena, Turrec. Nider. n. præced. alleg. Armilla v. Matrimum. n. 76. Palac. 4. d. 27. d. 3. col. 18. fol. 601. Alii licet fateantur consultus esse, tunc reddere, ut vitetur excommunicatio in foro externo; dicunt tamen ad id minime teneri conjugem innocentem certum de alterius adulterio. Quoniam præceptum Ecclesiæ ex falsa presumptione procedens, minime obligat in conscientia. Sic Palud. 4. d. 27. q. 4. ar. 2. n. 11. c. d. 35. q. 2. ar. 2. n. 18. Abul. c. 19. Matth. q. 72. in solut. ad 4. Sot. 4. d. 36. q. un. art. 3. ad fin. corp. v. Alia est ambiguitas, Cast. l. 2. de lege pen. c. 4. §. Ut igitur. Led. 2. p. 4. q. 64. ar. 3. paulo post princ. Verac. 3. p. spec. ar. 5. concl. Petr. de Led. de matr. q. 62. ar. 3. notab. 2. Barr. a. Led. dub. 67. de matr. concl. 3. Vega l. 1. sum. c. 78. casu 5. Idemque videtur sentire Hof. c. Porro, n. 3. de divortio, ubi Jo. Andr. n. 3. Ant. n. 12. Anb. fin. Alex. de Nevo, n. 9. consulunt enim, ut si excommunicatur, patienter sustineat: quia si sentientes coram Deo immunem illum esse culpæ. Imo Abul. dicit non teneri illum reddere, licet maneat excommunicatus usque ad mortem. Quod idem clare sentit Palud. 4. d. 27. qu. 4. ar. 2. n. 11. ait enim hunc non teneri obedire, ac melius esse parere, quam semper vivere in excommunicatione. Unde dicunt Sot. Led. Verac. Barr. a. Led. Petr. a. Led. Vega, hunc non esse in foro conscientie excommunicatum: atque ita solum in publico ratione scandalii teneri ab iis abstinere, quæ excommunicatio interdicit. Alii distinguunt sic. Si innocens possit intra paucos dies probare adulterium, non tenetur parere iudici, secus si probationes longa temporis mora indigeant. Ita Angel. v. Debitum, n. 10. ubi Sylv. q. 1. casu 3. Armil. n. 4. Ego existimo hunc esse naturæ rei minime teneri obedire, nec esse coram Deo excommunicatum. Quoniam sententia illa, & præceptum iudicis falsa presumptione innituntur, atque ita minime obligant in foro conscientie, in quo veritas innocentis constat. At post teneri ratione scandalii vitandi. Ut bene ait Castro hie allegat. addens totis viribus teneri illud vitare. Et ideo si brevi potest adulterium probare, cum tunc non magnum inde oriatur scandalum, non tenetur reddere: secus si longa mora necessaria sit. Ut Angel. Sylv. c. Armilla proxime citati docent. Quia tunc merito oriatur grave scandalum: ut in quo veritas non constat, donec his probationibus per annum infordescens, tanquam suspectus de hæresi habendus est. Trid. ff. 25. c. 3. de resor. in fin. Unde cum obligatio hæc reddendi debitum minime condangit ex iudicis præcepto, sed ex obligatione vitandi scandalum, iuxta scandalum ex negatione extortum, brevitatis, vel temporis diturnitatis, quæ ad probandum adulterium desideratur, expendenda sunt. Et si conjug innocens in loca remota fueret, ubi scandalum omnino cessat, minime teneretur reddere.

Hinc fit litem divortii pendente, minime teneri conjugem innocentem, certum de alterius adulterio, reddere debitum. Quia quamvis litem pendente nil innovandum clament jura: ut constat ex toto tit. Ut litem pendente nil novetur: at id procedit in foro externo, in quo veritas non constat, donec his decidatur. Quare conjug veritatis conditio non tenetur exitum litis expectare, quod a debiti reddendo abstineat: ut vel maxime, quod si tunc a iudice minime coactus reddere, esset condonario adulterii, ac jus divortii petendi extingueretur, ut disp. 14. dicemus. Sic Rosella, v. Debitum n. 13. ubi Syl. qu. 1. casu 3. Enriq. 11. de matr. c. 15. n. 14. Palacios 4. d. 27. disp. 3. col. 18. fol. 601. at teneatur reddere in non omnino certus sit de adulterio. Ut bene docent Rosella, c. Syl. ibid. Quia in hoc dubio non est spolians conjug jure exigendi debitum. Unde non est audienda leg. reg. 8. l. 2. p. 4. quæ sequens Goffredum sum. t. de divortio, n. 15. ait teneri licet pendente innocentem reddere debitum, nisi adulterium sit manifestum. An vero teneatur reddere tunc precipiente iudice, dixi n. præced.

Sed an conjug adulter, dum ejus adulterium latet innocentem, sit ipso jure privatus facultate exigendi debitum, ita ut possit adire iudicem, ut alterum negantem compellat reddere, dixi lib. 11. d. 68. num. 4. ubi tanquam probabilium sustinui, non esse ipso jure privatum, donec conjug alter adulterii conficius ipsam privet: atque ita interim posse adire iudicem, ut in ipsum reddere compellat. Atque idem dixi ibi, num. 5. licet conjug innocens levibus indicibus, nec sufficientibus ad divortium celebrandum, suspicatur adulterium. Quare adulter rogatus a iudice non tenetur fateri occultum adulterium, sicut nec alia crimina, nisi iudice rogatus iuxta ea, quæ dixi disp. 8. num. 19. fin. At si nonit adulter innocentem habere sufficientem sui adulterii certitudinem, ut in foro conscientie divertere possit, quamvis probare minime valeat, non potest in conscientia ipsum compellere, ut reddat sibi debitum. Et si forte iudex ex falsa præsumptione compulsi, teneatur ipse a compulsionem desistere. Quoniam insolente innocente certo de adulterio reddere, delictus est ipse omni jure. Et quamvis minime teneatur dotem, & bona restituere innocentem, quorum amissionem dandus erat, nisi fallio le tueretur, (ut dixi disp. 8. n. 14.) teneatur tamen ad suam libertatem negandi debitum, innocentem revocare. Quoniam dispar est ratio. Amisio enim bonorum est mera poena, ac proinde nullo modo debita, nisi media iudicis sententia: quare ea non existente, quamvis iniuste impedita, non tenetur conjug adulter bona restituere: at quo jure exigendi privatur, nulla opus est sententia, sed voluntas la innocentis confici adulterii sufficit. Quare tenetur haic minime obstare. Tandem non teneri adulter

rum crimen occultum fateri, nisi quando iudex praecedentibus iudiciis, aut templa probatione, & ostensus illis adultero, ut sibi confitetur de iudice de crimine interrogari (ut in aliis criminibus fatetur DD. communiter:) vel ex eo constat, quod accusatio adulteri ad divortium celebrandum esse mita, & assimilatur criminali. Ut probavi hoc l. disp. 8. n. 19. sine.

Ad argum. n. i. proposita respond. Ad i. conitatur solutio ex di. c. 5. in prima ratione. Non enim est proprie poena, sed quae si conditio inhibita in ipso matrim. contractu. Ad confirm. dic esse veram de mera poena conventionali, quae ex partium conventione confertur: fecus de ea, quae iuste natura in ipso contractu includitur tamquam conditio. Ad 2. admisso antecedente, neganda est conseq. Quoniam cum hoc sit in favorem innocenti, neganda est poena, sed conditionis, satis est, ut innocens adulteri confici adulterum iure exigendi privet. Ad 3. nocens adulteri esse verum de lege mere poenali, & quando agitur ad poenam lege decretam infligendam: solius enim iudicis est eam infligere, meritis causae diculis: fecus ubi lex non continet meram poenam, ut ludens poenalia credita in hoc Castellae regno, nulla indiget iudicis sententia, quo pecuniam perditam minime solvat. Quoniam lex id concedens non est mere poenalis, sed contractum irritat. Ut diximus l. i. disp. 31. n. 1.

S U M M A R I U M.

An conjux innocens possit ab adulteri habitacione, propria auctoritate divertere. Refertur c. Porro, & c. Significasti, de divort. que secum pugnare videntur, n. 10. Refertur tres sententiae, n. 11. 12. & 13.

Non satis est ad sic divertendum, adulterium occultum, & aliter divertens conceditur restitutio conjugi spoliato, imo ex praedicti spoliato ante omnia conceditur restitutio, 14.

An sit etiam tunc facienda restitutio quoad debium conjugale spoliato conjugi, n. 15. & ibi, quid, si matrimon. non sit consummatum.

At si conjux adulter occidit, vel alia de causa recedat, & rediens minime admittatur, possit petere restitutionem conjugis a se dimissi. Et quid, si adulter expulsiu restitutionem non petat. Et explicatur c. de Benedicto 32. q. 1. Et an vir teneatur querere uxorem fugientem, 16.

Quid si conjux uxorem de causa conjugum repellat, an ipsam repellens possit restitutionem conjugis a se expulsi petere, 17.

Quid si conjux non agat iudicio possessorio, sed petitorio, an sit ante omnia restituendus, 18.

Quid si uxor spoliata repellat adversus exceptionem adulterii occulti a viro spoliante sibi obiectam, allegans simile adulterium occultum ipsius viri, an sit audienda, 19.

Quid si spoliatus alleget viri iudicata exceptionem, an impediat restitutio, 20.

Quid si spoliatus offerat incontinenti probationes adulterii occulti. Refertur sent. de eo impediri restitutionem, 21.

Non satis est incontinenti offerri probationes, nisi quando facta restitutione solvetur peccati, aut damni, quod reparari nequit, periculum. Et quid, si conjux certus de adulterio occulto alterius, sit iam professus, vel in sacris consuetibus, votore castitatis ligatus, an sit restituendus conjugi repenti, si illi offerat incontinenti probationes. Et quid si sit conjugum gradus iure humano intendit, aut alius impedimentum divinum, & explicatur c. Litteras, de restitut. spol. n. 22.

Quando dicantur incontinenti oblate probationes, 23.

Enodantur l. h. c. Quorum honorum, reg. Dico facti, de reg. iur. in 6. l. 27. n. 2. p. 3. n. 24.

Ut possit conjux adulter expelli, ita ut spoliatus non sit in foro externo restituendus, onigitur ita notorium adulterium, ut nullus proxius sit inficioni locus: & quando id contingit, n. 24. & quid, si conjux spoliatus ob impotentiam fateatur, in iudicio se fornicatum, cod. n. 25.

Qualiter id notorium, ut impediat restitutio, sit probandum, 26.

Quanto temporis spatio id notorium sit probandum. Et quando est notorium iudicis, an sint expectanda probationes, 27.

An mulier sic expulsa possit petere restitutionem, allegans simile viri adulterium, 28.

Quid si vir non egerit uxorem notorie adulteram, sed peteret divortium, an audienda est exceptio adulterii occulti ipsius viri, allegata a muliere, 29.

An si post expulsiorem temerariam conjux expulsiu fornicetur notorie, sit restituendus, 30.

An in foro conscientiae licet quoad habitacionem divertere, ratione adulterii occulti, Et quid importet dictio, libere, 31.

An cessante scandalo, licet, 32.

Quid, quando matrimonium est occultum, 33.

Quid si Ecclesia compellat tunc admittere, 34.

An conjux occulte adulter possit tuta conscientia petere se ad conjugem, qui divorci, restitui, & restitutione, sibi concessa uti, 35.

Qualiter a culpa excusetur D. Joseph, dum virginem ob oculi adulterii suspensionem dimittere voluit, 36.

Conjux cui constat matr. esse nullum, an possit propria auctoritate divertere, 37.

Solvantur argumenta. Et conciliatur c. Porro, & c. Significasti, de divort.

casti, de divort. Et enodatur cap. Ad decimas, de restitut. spol. in 6. & c. Ex parte, de sponsal. Et impeditur restitutio, quando est verisimilis praesumptio iniusta possessionis: eo quod ius commune illius resistat, 38.

Post n. 38. irrovenies summaria, quae desiderantur.

Quaestio II. An quoad habitacionem liceat conjugi innocenti propria auctoritate divertere ab adultero, ita ut auctore restitutionem minime petere possit? Hac in re acrem difficultatem ingerunt c. Significasti, & c. Porro, de divort. quae secum pugnare videntur. Nam c. Significasti, ibi: Si notorium est mulierem istam adulterium commisisse, ad eam recipendam praesertim vir cogi non debet. Habetur ob notorium adulterium posse conjugem dimittere abque ipe restitutionis. At c. Porro, ibi: Etiam si parentela esset publica, & notoria, absque iudicio Ecclesiae ab ea separari non potuit, habetur non esse licitum divertere abque Ecclesiae iententia, ob notorium conjugum.

Triplex igitur est sententia. I. ait desiderari sententiam iudicis, ut licita sit habitacionis separatio. Dicitur I. quia id expresse decidit c. Porro de divort. ubi conjugum sit notoria, in quo casu est ratio urgentior, ut licet propria auctoritate divertere ob notorium conjugum: cum quod cohabitando fit gravissimum peccandi periculum, eo, si conjugum revera sint conjuges, atque ita matrimonium invalidum sit, eis copula est prolixo interdicta. Ergo a fortiori non licebit abque sententia Ecclesiae divertere ob notorium adulterium. Cum tunc nullum sit peccati periculum: copula enim licita omnino est. 2. quoniam separatio habitacionis est publica poena, ac proinde publicum Ecclesiae iudicium desiderat. Et confirmatur, quia esto ex natura rei liceret propria auctoritate divertere, at Ecclesiae iuste id interdiceret potuit, (ut interdicit d. c. Porro) nam cum, Ecclesiae consentiente, initium sit matrimonium, aequum est, ut ejus dissolutio, five quoad vinculum, quando reperitur invalidum, five quoad habitacionem, per divortium, eisdem Ecclesiae auctoritate fiat. Quoniam omnis res per quocumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, cap. i. de reg. iur. Tandem potest probari rationibus a. 2. allatis, quae fortius in hoc casu militant. Et ideo hanc partem sustinent ex Jurisprudentibus, Glof. cap. porro, verb. separari, de divort. c. Gaudemus, v. Dixerunt, de convers. conjug. & c. ex parte, verb. Manifesta, de spons. Gratian. c. Fros de conjugum, s. In hoc c. 43. qu. 1. Et videtur tenere Hof. d. c. Ex parte, n. 4. super verb. Manifesta: & dicit commuam idem Hostiens. dicit cap. porro n. 3. Et tenet Ant. cap. in n. 8. in fin. de adulter. & cap. porro, 12. de divor. ubi Card. n. 5. oppo. 2. Barbof. cap. Ex parte, col. 4. de feud. Tarrecr. cap. Agatbofo, fin. super verb. Uxorem 27. qu. 2. Gaeta repet. c. Ad limina 30. qu. 1. s. nun. 422. Et videtur hanc lequi Francisc. Marcus 1. p. decis. Peden. Delphin. decis. 534. num. 24. Eam enim refert in ultimo loco, quomvis nullam sent. expresse decidat. Et ex Theologis eandem sustinent D. Th. 4. d. 35. qu. 1. un. art. 3. ubi Durand. qu. 1. ar. 2. n. 7. D. Bonar. art. un. quest. 3. Ricard. art. 1. quest. 3. Supplim. Gobv. qu. 1. ar. 2. quest. 4. 5. & 6. & in solut. ad 2. contra 6. concluf. & post solut. ad 4. Abul. n. 19. Math. qu. 72. corp. & ad 1. Vagner lib. infra. c. 16. 87. veris. imp. 10. Castro l. 2. de leg. penal. r. 4. d. 35. ut igitur. Niter in sua sum. praecip. 6. cap. 4. Unand. 4. d. 35. quest. unie. propo. 2. Bellarm. lib. 1. de matrim. c. 14. s. decondem eff. Gratian. 2. p. decis. lib. 1. c. 12. n. 66. fin. c. n. 73. casu 2. Et a fortiori hanc opin. tenent omnes DD. quos num. 1. retuli, afferentes ad debium adultero conjugi negandum desiderari Ecclesiae sententiam. Unde retenta hac opinione, si conjux innocens ab adultero recedat, minime expectata Ecclesiae sententia, restituitur utique adultero reclamanti. Atque ita docent D. Th. Dur. Abul. in solut. ad 1. eisdem locis citatis.

II. sent. docet, sufficere ad hoc divortium propria auctoritate celebrandum, si adulterium sit notorium. Probat ex c. Significasti, de divort. ubi conjugi dimisso ob adulterium notorium denegatur restitutio: ergo licite potuit adulter notorium dimittere, alias ad pristinam matrimonii plenam possessionem restituendus esset, cap. Ex parte, de spons. ibi: Quia nemini licet uxorem sine manifestata causa fornicationis dimittere. Ergo a contrario sensu id licet, ubi fornicatio est notoria. Ex c. Ad decimas de restit. spol. in 6. ubi canonice quosdam decimis spoliatus agens ut ad pristinam possessionem revocetur, decidit Pontifex restituendus minime esse, subditque rationem, eo quod sit manifestum eas decimas ad canonicos non pertinere, sed ad spoliatum. Et confirm. quia ex eo textu eliciunt regulam generalem Glof. ibi v. Praesumunt, Franc. num. 1. m. 6. & num. 11. ut exceptio notorii defectus tituli obstat agenti iudicio possessorio. Tandem, quia non potest dimittere adulter quoad habitacionem, ex ratione scandali quod cessat, quando causa dimissionis est notoria. Ergo tunc nulla iudicis sententia desideratur. Et ideo hanc sent. sustinent Glof. c. Agatbofo, v. Fornicationis 27. qu. 2. Et cap. fin. verb. Fornicationis, de adul. ubi Joan. Andr. num. 5. Anch. numer. 6. Card. num. 2. veris. Quero an viri in fin. de leg. pen. forte hoc esse verum, Anan. ibi, num. 3. veris. Et illa fuit. Et tenet Abb. cap. Constitutus, num. 4. de convers. conjug. & cap. Gaudemus, num. 5. & cap. De illa, numer. 2. de divort. & cap. Ex parte, in fin. de spons. ubi Alexand. de Nevo. num. 10.

num. 10. Prepos. dicit. cap. De illa num. 7. Henric. cap. Litteras, num. 4. de restit. spoliat. Tirac. l. si nunquam, verb. Revocatur, num. 137. cap. de verob. donat. Rojel. verb. Divortium, num. 12. Angelus Matrim. 4. num. 1. Armilla verb. Matrimon. num. 76. Joan. de Fruburg sum. confess. l. 4. tit. 22. quest. 7. Brunel. de sponsalibus concl. 30. decl. 7. num. 11. Navarr. lib. 3. conf. tit. de convers. conjug. in priori edit. conf. 5. fin. in poster. conf. 10. num. 1. & conf. 14. fin. & sum. lat. cap. 22. num. 23. fin. Greg. Lopez l. 2. verb. Sciendo, t. 2. p. 4. Jul. Clarus lib. 5. receptor. s. Adulterium, verb. Alia quoque est poena. Anto. Gab. t. 1. commun. opin. in mea edit. l. 1. f. 21. col. 2. verb. Adulteram mulierem. Surdas de aliment. tit. 7. q. 16. num. 18. Et ex Theolog. Nicol. de Orbellis 4. d. 35. q. 2. 2. Victoria sum. de matrim. n. 290 Cordub. sum. q. 138. Unde retenta hac opinione, conjux dimisso ob adulterium notorium petens restitutionem minime audietur. Atque ita docent Abbas cap. Significasti num. fin. de divort. Henr. cap. Litteras, n. 4. de restit. spol. Nov. l. 3. conf. tit. de convers. conjug. in 1. edit. conf. 6. n. 2. in 2. conf. 11. num. 2. & conf. 10. n. 1. Imo Covar. 4. decr. 1. par. cap. 7. s. 5. num. 12. & Enriq. l. 11. de matrim. cap. 17. num. 2. ad fin. quomvis existimant non posse conjugem dimittere ob notorium adulterium, at temere facta dimissione, censent esse denegandum restitutionem.

13. Tertia sententia petit ad hanc dimissionem iuste faciendam, ut adeo notorium sit adulterium, ut nulla professe tergiversatione celari possit, nullaque inficioni locus. Exemplum apponunt. Glof. Albert. Henric. Major. Silo. Armil. Joan. de Frubur. D. Ant. Sotus, Covar. Gaeta Bart. a Ledef. Enriq. Grassi, Ludov. Lop. Vega, quos statim referam: ut quando conjux publice moratur cum adulterante: quibus subsciberi videntur Iacob. c. Significasti, nu. un. init. de divort. & ibi Praepos. n. 4. addentes exemplum, quando est notorium facti permanentis, ut si tenet filii notorie ex adulterio congressu habiti. Similiter exemplificat Glof. c. Covar. quando conjux est convictus per sententiam de adulterio. Vel si in iudicio conjux falsus sit spoliatus adulterium. Glof. Cov. Majoris, Radu. Tabiena, Palac. Grassi, Lud. Lop. Vel si conjux rediens inveniat uxorem profuturam in lupanari. Sic Turrec. Palud. Palacios, Petrus de Ledesma, quos omnes statim referam. Ductur haec sentent. quia cap. porro, de divort. damnatur divertens a conjuge ob notorium conjugum, absque Ecclesiae sententia. Non ergo quodcumque notorium ad hoc sufficit. Et ideo hanc sent. tenent ex Jurisprudentibus Glof. cap. 1. verb. Patronus, 32. par. 1. Imoc. cap. Inquisitionis num. 1. de sent. excom. ubi Hof. init. Jo. And. n. 3. Ant. n. 10. Anch. n. 13. veris. Quid ergo Card. n. un. veris. Quid si adulterium. Idem tenet c. Significasti, n. un. in fin. de divort. ubi Praepos. 4. Henric. num. 6. Alberic. in suo repert. lit. M. verb. Matrim. 8. veris. Quid si aliquis conjugum. Jo. de Frubur. sum. confess. l. 4. tit. 19. quest. 2. Silo. verb. Divortium, q. 8. ubi Armilla num. 7. Turrec. c. Seculares, n. 2. 33. q. 2. Castell. in memoria. bilis. iuris verb. Uxor suspecta, Tabiena matrim. a. q. 4. nu. 5. Nata conf. 116. num. un. Cov. 4. decr. 2. p. cap. 7. s. 5. num. 12. Gaeta repetitio cap. ad limina 30. q. 1. s. A. num. 216. Barb. r. v. r. soluto matrim. 2. p. num. 26. Et ex Theologis, Majoris 4. d. 35. qu. 1. s. Contra priorem conclusionem ad finem, Palud. ad 35. q. 1. ar. 4. concl. 2. n. 28. D. Ant. 3. p. 1. cap. 21. s. 5. Sotus 4. d. 36. quest. un. ar. 3. concl. 2. Forac. 3. spec. ar. 5. concl. 5. Palacios 4. d. 27. d. 3. col. 1. ff. 569. & d. 35. d. un. 2. lunda commun. lit. F. Petrus a Ledesma de matr. qu. 61. ar. 3. fin. Barr. a Ledesma de matr. d. 67. concl. 2. Grassi 1. par. decis. l. 2. c. 84. num. 9. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. cap. 54. de divortio quoad habitacionem, col. 2. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 249. num. 4. Vega 1. tom. sum. cap. 13. casu 1. Unde inferunt Palud. proxime cit. & Palacios a disp. un. col. 13. veris. Si vero forte, non sufficere, si uxor occulte deprehendatur adulterans: fed oportere publice deprehendi, puta in lupanari. Et ita intelligunt l. Palan 43. s. fin. ff. de ritu nuptiar. dicentem in adulterio deprehensam quasi publico iudicio, damnatam esse. Quod si conjux, adulterans, non ita notorie, ut diximus, propria innocenti auctoritate expellatur, tanquam temere expulsa restituetur ad pristinam habitacionem. Sic Jo. de Frubur. Alber. Henr. Turrec. D. Anton. Silo. Tabien. Sat. Lud. Lop. eisdem locis. Idem D. Ant. 3. par. 1. 8. s. 5. Sil. matr. 10. q. 1. Tabiena Matr. 4. qu. 9. num. 10.

14. I. tamen conclusio fit. Si adulterium sit occultum, non permittitur in foro externo, ut innocens propria auctoritate, non expectata Ecclesiae sententia, divertat ab habitacione. Quare si adulter conjux restituitur, nec admittitur exceptio innocenti opponenti adulterium occultum, donec ad pristinam statum restituetur conjux dimissus, quia restitutione facta agitur de illa exceptione, & probato adulterio divortium celebrabitur. Quod si in probatione defecerit innocens, cogetur in partem perseverare. Atque ita hanc restitutionem ante omnia faciendam decidit textus, cap. 2. cap. In litteris, cap. Ex quaestione, cap. Item cum quis de restit. spol. Causa enim restitutionis, quamplurimum gaudet privilegiis, cap. fin. de ord. cogn. Et docent univ. lmo & praedone ante omnia restituendum esse decidit textus, cap. In litteris, de restit. spoliat. & colonos l. Cum fundum ff. de vi, & vi armata. Cuius ea est ratio, quia sine citatione, & actu iudiciali, nemo est a sua possessione removendus, c. Licet Episcopus, de praeb. in 6. Et late prosequitur Menoch. de recuperanda possess. re-

med. 1. nu. 111. & segg. & alias rationes afferam num. 27. Aliqui haec restitutionem spoliat. intelligunt non esse quoad 15 omnia, faciendam: atque ita docent Ecclesiam non debere compellere ad reddendum debitum, conjugem innocenter, quousque causa adulterii obiecti terminetur. Sic alqui, quos tacito nomine referunt, nec improbat Turc. c. 1. n. 1. 33. qu. 2. Rich. 4. d. 35. ar. 1. q. 3. Affos. sum. 2. p. 18. n. 1. ar. 3. q. 17. Verum dicendum est, restitutionem quoad omnia faciendam. Quia in foro externo est iniusta spoliatio. Atque ita habetur c. Reintegranda, el. 1. & 2. q. 3. quae sunt Joannis, & Euebii Pontificum. Idem constat ex cap. Litteras de restit. spol. ubi tanquam quid speciale ob peccati periculum decernitur opposita matrimonii nullitate ob impedimentum conjugum, & oblati incontinenti probationibus, concedendam esse restitutionem quoad omnia praeter conjugalem debitum (ut n. 22. dicimus, Ergo extra hunc eventum, plena quoad omnia est restitutio facienda. Atque ita docent Alberic. in suo dictionario, lit. M. verb. Matrim. 9. veris. Silo. Matr. 10. q. 5. Tabiena Matrimonium 4. q. 9. n. 10.

Alii dicunt restitutionem non esse concedendam conjugi, 16 quando ipsemet propria temeritate recessit. Quia tunc non ipse recedens, sed is a quo recessit, est spoliatus. Sic Rumer. relatus ab Archid. c. De Benedicto 32. q. 1. n. 1. At dicendum est, esse concedendam restitutionem conjugi sic temere recessenti, si postea reddens non admittatur. Quoniam ex tunc iam spoliatus intelligitur l. Clam possidere, s. Quid ad nudandis, ff. de acquir. poss. l. Si id quod, s. fin. de vi, & vi armata. Et sic ultima mora nocet, l. Illud, ff. de periculo, comm. rei vendite. Atque ita docent Glof. c. Significasti, verb. Materiam, de divort. & cap. Intelleximus, verb. Spontanea, de adult. Imoc. cap. Veniens, num. 4. de regul. specul. tit. De sponsalib. s. fin. num. 3. Hof. eo. cap. Intelleximus, n. 3. Jo. Andr. c. Plernaque, de donat. inter vir. & uxor. & num. 1. & d. c. Significasti, num. 7. super verb. Spoliata, ubi Ant. num. 6. Anch. num. 8. Abbas n. 7. Idem Ant. d. c. Inteleximus, n. 12. & ibi Abb. num. 5. Card. num. 2. oppo. 7. Anan. num. 3. Archid. cap. de Benedicto n. 1. 32. q. 1. Hugo ibi, & Bellam. ibi, n. un. Alesf. sum. num. p. 18. t. 33. ar. qu. 1. D. Ant. 3. p. cap. 9. fin. Silo. Matrimonium 20. q. 3. Joan. de Fruburg. sum. confess. l. 4. tit. 19. q. 2. Tabiena Matrim. q. 10. n. 11. Gaeta repet. c. ad limina 30. q. 1. s. 4. num. 239. Atque idem dicendum est, quomvis uxor ob proprium adulterium recesserit, si enim rediens non admittatur, est restituenda nisi ita publicum eius adulterium sit, ut restitutionem impediat: ut si publice cum adultero moretur. Quoniam cum propter adulterium occultum restitutio non denegetur, quamvis adultera sit occulta, si rediens expellatur, vere spoliata intelligitur. Sic Arch. ibi. n. 2. Bellam. Joan. de Frubur. Silo. Tabien. ibid. Haec autem restitutio facienda est, si ipsa uxor recedens petat restitutionem. Etenim restitutio non datur nisi petenti, cap. Super causam 2. quest. 5. Sic Jan. de Frubur. ibid. Turrec. cap. Seculares, 33. quest. 2. num. 2. Hinc inferunt intellectus ad d. c. De Benedicto. Dum enim ibi dicitur, liberum esse maritum recipere uxorem, quae ob adulterium divertat, & intelligitur, quando adulterium ita publicum est, ut denegetur restitutio. Ita explicat Archid. & Bellam. ibid. Vel secundo potest intelligi, quando ipsa mulier restitutionem minime petit. Rursum inferunt, minime teneri virum lege iustitiae ad uxorem querendam, quae sine ipsius viri culpa gravi recessit, nec se admitti petit. Quia fugiens & non rediens renunciat suo facto, juri quod habet ad cohabitacionem mutua. Sil. veris. Matrimonium 10. qu. 3. ubi fadit teneri ad virum lege charitatis sub praepeto vel consilio, si inde bonum speretur. Non tamen explicat quando sit praepetum, quando solum consilium. Sed sic tunc esse praepetum charitatis, quando uxor non admittit adulterium: veris est filius vitii reus, ac potest abque infamiae nota uxorem querere, & sibi reconciliare: ac inde speratur fore, ut uxor recte vitam instituat, multique criminibus abluatur, quorum admittendum periculo alias exposta esset.

Sed quid dicendum, si ipse vir uxorem spoliat, eam domo 17 expellendo abque iusta causa, an repetens uxorem, si ipsa redire renuat, sit restituendus, D. Th. 4. d. 41. in fine, in expol. Inter, negat restitutionem tunc faciendam esse. Idem tenuisse Magistrum Abbas antiqui referit spe Abbas antiquus, (ut refert Panor. c. Litteras, n. 9. de rest. spol.) Idem Tabien. Matrimonium 4. q. 9. n. 10. Et ratio est. Quoniam tunc vir minime spoliatus est, quod ad restitutionem petendam desideratur. Sed ipsemet spoliavit se possessione. Addit Magister Abbas, posse iudicem in hoc casu facere ex officio restitutionem. Sed omnino dicendum est, eam virum restituendum esse. Quoniam eo ipso quo uxorem a se expulsiu repetit, & ipsa repenti non conviuit, censetur spoliatus (ut d. praec. dixi) Nec obstat, si opponatur excellentem animo amittendi possessionem, eam minime recuperare posse, quamvis animam recuperandi habeat, l. Si quis ut, s. Differentia, ff. de acquir. possel. Quoniam possessio in matrimonio eo privilegio gaudet, ut minime admittatur solo facto, ita ut recuperari non possit. Quoniam tanquam accessoria matrimonio, sapit ejus naturam, quae est ut solo consensu non dissolvatur. Atque ita docent Gl. cap. Litteras, verb. Divortium de rest. Imoc. cap. Veniens, num. 4. de regul. Joan. Andr. cap. Litteras, n. 19. & 20. ubi Anton. num. 23. Abb. n. 9. Card. paulo post princ. veris. In gloria, Inola n. 11. Henric. n. 9. Bellam. n. un. col. 3. in fine, Alesf. sum. 2. par. l. 8. t. 33. ar. 2. quest. 1. Kancellarius. inf.

inf. juris canon. l. 4. t. de divortio, s. ergo nisi legitima, vers. Jus manet.

18 Limitanda tamen est conclusio posita, aliquibus modis, 1. ut spoliatus sit ante omnia restituendus, quando agit iudicio ut possessorio, allegans, scilicet, spolium, & petens se restitui; si enim agat petitorio, non statim restituatur, sed audietur si exceptio. Et ratio est, quia restitutio non conceditur nisi petenti (ut n. 16. diximus) ita docent gl. c. Agathosola. Quendam 27. q. 2. ita explicans eum textum, ubi auditur exceptio viri professi allegantis adulterium uxoris: quia uxor non agebat petitorio, sed petitorio iudicio. Et gl. c. Significasti, v. notorium de div. ubi Card. n. 2. Thom. 4. d. 41. in fin. in expos. litte. e. Affens. sum. 2. p. 18. t. 33. ar. 1. in. D. Ant. 3. p. 1. c. 8. §. 5. Sicut. Marim. 10. q. 2. Tabiena Matrim. 4. q. 9. n. 10. Nav. l. 3. conf. 1. de conu. conj. in 1. edit. conf. 6. n. 2. §. in 2. conf. 11. n. 2. Et dixi etiam disp. prec. n. 6.

19 Hinc inferitur, si uxor petat viri, quo spoliatus est, restitutionem, quamvis vir adulterii occulti uxoris allegans exceptionem, audiendus minime sit ad effectum restitutionis impediendae: audiendum tamen eum esse, ut compenentur delicta: si contra hanc exceptionem replicet ipsa uxor obiciens simile viri adulterium. Quoniam tunc maritus non petit uxoris restitutionem: sed similis adulterii objectionem elidit probans delicta esse compendenda. Sic gloss. c. Significasti, verb. Nisi constaret de divortio, quo obicere loquitur. At ita intelligit eam Abb. illam approbans, ibi in fine. Card. ibi ad fin. Alex. de Neco, n. 9. p. p. p. p. p.

20 Secundo limitanda est conclusio nisi spolians exceptionem rei iudicatis alleget. Tunc enim impeditur restitutio. Sententia enim notorium facit. Sic D. Th. 4. d. 14. in fine, in expos. litte. e. Hosi. sum. tit. de resp. spol. 4. vers. Decima obstat. Henr. cap. Litteras, n. 8. de resp. spol. Affens. sum. 2. p. 18. t. 33. ar. 2. q. 2. casu 5. D. Ant. Sivo. Tabiena relati n. 18. Quod bene intelligitur D. Th. Hosten. Henr. Abien. quando ab ea sententia appellatum minime est. Quia pendente appellatione sententia non operatur suum effectum. Ad adversus hanc limitationem videtur gloss. co. c. Litteras, verb. Dio. in fine: et ita eam intelligit, & ampliat Ant. ibi n. 25. Dacuntaque, eo quod cum sententia in causa matrimonii non transeat in rem iudicatam, cap. Lator, de sent. & re iud. non facit notorium. Sed bene Imola co. c. Litteras n. 12. dicit hanc doctrinam glossae esse veram, quando incontinenti probatur aliquid contra ipsam sententiam: alias in dubio dari debet sententia, cap. 1. Ut lit. non constet. Et ita impeditur restitutio.

21 Tertio limitatur conclusio ab aliquibus, nisi spolians offerat incontinenti probationes occultae adulterii: tunc enim restitutionem impeditur afferunt. Et potest probari primo, ex c. Litteras, de resp. spol. ubi conijge divertent ob impedimentum consanguinitatis, illiusque probationes in continenti offerente, non restituitur ad copulam conjugalem conjux spoliatus. Secundo ex l. finali, C. quorum bonorum, ibi: Omnibus frustrationibus amputatis. Sentit ergo manifeste textus exceptiones, quae frustrantur iudicii causa offeruntur, ac differendae restitutionis admittendas minime esse. Quales non sunt ea, quarum probatio in continenti offertur: atque ita admittuntur in causis, quae celeritatem desiderant. Si si a quo ff. ut in prob. legat. Et conferant ad hanc rem plura specialia, quae probationes incontinenti oblatas afferunt Menoch. de recuper. post. remedio l. q. 21. n. 240. §. sequentibus. Et retinenda, remedio 3. q. 75. n. 673. §. seq. Tertio ex reg. Dolo facti 59. de reg. jur. in 6. ubi dolo faciens appellatur, qui petit id, quod restituitur est. Quarto, l. 17. t. 2. p. 3. ibi: Fueras endo si aequal que demandasse el lenorio de la cosa, quisiese antes maltrar que era soya, lu ego: que antes deve ser oyado y librado, que el otro que demandasse la tenencia. Atque ita tenent ex Theolog. D. Thom. d. 35. q. un. ar. 3. ubi D. Bonav. ar. un. q. 3. Durand. q. 1. art. 2. n. 7. Richard. ar. 1. q. 3. Abulen. cap. 19. Matib. qu. 72. D. Ant. 3. par. 1. c. 21. §. 5. Sotus 4. d. 36. q. un. ar. 3. concl. 2. in Viguerius, l. infl. c. 16. §. 7. vers. 9. imp. d. 10. Veyacruz 3. p. specul. ar. 1. probat. tertia prime concl. Et ex Jurisprudentia, Hosten. sum. 1. de divortio. numer. 7. vers. Dicit, Alberic. in suo dictionar. lit. M. vers. Matrim. 8. vers. Quid si aliquis conjugum, Affens. sum. 2. p. 18. t. 11. ar. 3. q. 17. §. 33. ar. 2. in. Sivo. ver. Divortium, q. 8. Armilla verb. Matrimonium, n. 76. Tabiena Matrimonium 4. q. 4. n. 5. Gaeta resp. cap. ad l. imina 30. q. 1. §. 4. n. 216.

22 Ceterum iure optimo ab hac limitatione recedit Covar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 5. n. 12. illam improbas, & dicens petenti restitutionem non oblati ut quoad omnia restituitur, exceptionem adulterii non notorii, quamvis alter obiciens, offert statim paratas probationes. Prob. 1. quia cap. Litteras, de resp. spol. tanquam quid speciale statuitur in impedimento dirimentis, ut consanguinitatis uxorem spoliatam minime esse restituendam quoad carnalem copulam, si in continenti probationes consanguinitatis offerantur, obpericulum peccati mortalis, quod admittenter conjux sciens impedimentum, & reddens debitum. Cum ergo in praesenti non subdit id periculum, nec aliud ex carnali committione, concedenda est omnimoda restitutio, licet maritus spoliatus in promptu habeat probationes. Argumento ex l. singulari, ff. de legib. Et confir. quia ex cap. Litteras, non oblatibus probationibus in continenti oblati restituitur conjux spoliatus, quoad habitationem, & reliqua omnia, decepta carnali copula, in qua sola subest periculum peccati. Ergo cum in praesenti id periculum non sit, restituendus est omnino conjux. Secundo

ex l. l. c. si per vim, vel alio modo, ibi: Si nulla cautio restituitur. Et l. si quis ad se fundum, ibi: eademque proxima restituatur. C. ad l. Julianam de vi, si enim fine cunctatione, si proximus est facienda restitutio: non poterit momento temporis res ipsa detineri. Tertio, quia spoliator semper delinquit, donec restituatur: & ideo nisi purget delictum, restituendo, non debet audiri circa proprietatem, c. Frequens, de resp. spol. in 6. Et confirmatur, quia in spoliatis odium indolentum est, ut statim possessionis restitutio fiat, l. si quis in factum, C. unde vi, c. Eum qui preb. in 6. & docet Menochius de recuperand. post. remedio l. q. 1. n. 38. atque ita non debet ex delicto suo commodum reportare, contra l. Auxilium 38. ff. de minoribus. Et ideo nec temporis momento debet res penes spoliatum esse. Una c. si de momentanea. Tandem, quia datur occasio delinquendi, & res propria auctoritate occupandi, jusque sibi dicendi, si probationes in continenti oblati, restitutio impeditur, contra c. Quanto, de divortio. Et ideo restitutionem minime differendam esse probationibus in promptu paratis, excepto quando opponitur impedimentum dirimens matrimonium. Atque ita esse specialia in casu d. c. Litteras, de resp. spol. propter peccati periculum, tradunt gloss. d. c. Litteras, verb. Incontinenti. Et c. 1. ver. Contentionem, eo t. §. cap. Super causa, verb. Causa 2. q. 5. Dynus regula, qui ad agendum, 71. n. 2. de reg. jur. in 6. Innoc. cap. Litteras, num. un. ver. Probationes, de resp. spol. ubi Hosten. n. 4. 68. Ant. num. 52. Abbas n. 5. §. 18. Imola num. 13. vers. In gloss. in continenti. Idem Hosi. c. 1. n. 4. de resp. spol. ubi Ant. n. 24. Bald. n. 2. Abb. n. 5. Berojus n. 30. §. 31. Idem Bald. c. In litteris, n. 2. de resp. spol. ubi Card. n. 2. vers. In gloss. ultim. Bart. l. unic. num. 4. §. 5. C. quorum legatorum, §. l. Naturaliter, §. Nihil commune, n. 2. ff. de acq. poss. ubi Ripa n. 94. fallentia 22. Alex. ibi, n. 20. Franc. cap. finali, n. 11. de resp. spol. in 6. Boerius de off. 238. n. 2. §. on conf. 162. num. un. 2. vers. Secundo principal. vol. 3. Dicitur conf. 84. n. 1. vers. Ad ista, vol. 1. Fel. c. fin. n. 3. vers. Dum notat. de libelli obligat. Parisius conf. 1. n. 163. vol. 1. Luc. de penna. l. si coloni, q. 5. nu. 17. §. q. 22. n. 26. C. de agricijs, §. confisus, l. 11. Roland. conf. 1. num. 26. vol. 2. Ploius tra. de in litem jurando, §. 46. n. 1. fine. Covar. 4. decr. 2. p. cap. 7. §. 5. n. 9. Greg. Lop. l. 27. verb. Que le entegrasse. l. 2. par. 3. Menocae alios retetens, in contro. illuf. l. 2. cap. 88. num. 2. Ant. Gabr. tom. 3. commun. l. 5. de resp. spol. concl. num. 43. Menochius de recuper. post. remedio l. num. 114. 239. §. seq. 248. 310. 318. Ferrer. conf. 13. num. 2. §. conf. 107. fin. vol. 1. Lanc. infir. jur. canon. l. 2. t. de divortio. §. Ergo nisi legitima, vers. restituitur. Hinc inferitur audiendus non esse quendam quos refert ipsemet Pontifex Innoc. III. c. Litteras de resp. spol. dicens quando gradus consanguinitatis sunt divina lege prohibiti, denegandum esse restitutionem quoad debitum conjugale: secus quando sola lege humana. Differentiae rationem eam assignant: quod in priori causa, cum in illis gradibus Ecclesia dispensare nequeat, subest peccati periculum, si reddatur debitum. Quod in posteriori casu deficit. Quoniam Ecclesia censeat in illis dispensare (prout potest) quando concedens restitutionem conjugi dimisso compellit divertentem, ut reddat debitum: quam sententiam sustinent etiam Ripa l. Naturaliter, n. 83. tit. de acq. poss. & videtur subterfere D. Th. 4. d. 41. in fin. in expos. litte. e. dum casum hunc explicat, quando gradus consanguinitatis sunt divina lege interditi. Ceterum dicendum est idem, five divina, five humana lege gradus illi consanguinitatis interditi sint. Quia in utroque evento peccat lethaliter conjux, qui Ecclesia praecipit reddere debitum, si consanguinitatis sit consocius. Tum, quia Ecclesia non cogit ad restitutionem, praecipitque reddere debitum, quasi in impedimento dispensans, sed ex iure litigantium, restitutus ad pristinam possessionem integre, ea iniuste spoliatum. Tum etiam, quia non satis esse dispensare in eo impedimento, ut licita esset copula, nisi denuo accederent utriusque conjugis consensu, matrimonium illud celebraretur. Unde dum textus d. c. Litteras, dicit denegandam esse restitutionem quoad debitum, oblati in continenti probationibus consanguinitatis maxime, divina lege prohibita: non accipitur, maxime, pro tantum: sed imperative: ut explicet casum in quo subest minor difficultas, & denotet idem esse, quando lege humana interdicitur, quo major potest esse dubitandi ratio. Atque ita docent gloss. co. c. Litteras, verb. Divina, et 2. ubi Hosten. ad fin. super ver. Praefertim. Ant. n. 3. Abbas n. 24. Imol. n. 5. Affens. sum. 2. p. 18. t. 33. ar. 2. q. 5. casu 6. Atque ita idem credo esse dicendum, quotienscumque opponitur, quodcumque aliud impedimentum dirimens, & offeruntur in continenti probationes (An vero idem locum habeat, quando allegatur impotentia? dixi l. 7. disp. 112. a. n. 1.) tunc enim restitutio est facienda quoad reliqua, praeter carnalem copulam. Quia tunc esse peccatum quoad carnalem copulam conjugalis in eo conjugis, qui consocius est impedimento. Atque ita militat prolius eadem ratio, quae in consanguinitatis impedimento. Et idem dicendum exilimo, si conjux allegans adulterii occulti exceptionem, & illius probationes in continenti offerens, si jam professus, aut in facris constitutus, votove castitatis ligatus. Et enim restitutio concedenda quoad cetera, dempta carnali copula. Quia cum talis conjux consocius adulterii non possit abique peccato mortali reddere debitum impediendi voto, quod omnino fidei validum (ut diximus hoc l. d. 9. num. 34. in.) Si restitueretur conjux dimissus quoad copulam, subest peccati periculum. Quae est ratio decisionis d. c. Litteras. Et tandem idem prolius dicendum est,

quoties ex restitutione facta sequitur damnum quodcumque irreparabile: tunc enim probationibus in promptu paratis dispensanda est. Quod multis citatis probat Menochius de recuper. post. remedio l. n. 115. §. 308. §. sequentibus. Abb. l. Naturaliter, §. Nihil commune, n. 2. ff. de acq. poss. Greg. Lop. l. 27. verb. Que le entegrasse, t. 2. p. 3. Ex quo inferat sententiam n. praec. relaxat ut scilicet quando conjux offert in continenti probationes adulterii occulti, si differenda restitutio quoad carnalem commercium, ea facta quoad reliqua, iuxta decisionem d. c. Litteras, esse veram, quando uxor esset adultera, & de vir ab ea recedisset. Quoniam si uxor restituitur tunc quoad carnalem commercium, incurrit viri damnum irreparabile, nimirum irregularitatis bigamiae: nisi jam bigamus esset eadem specie bigamiae, ut quia illam post alium adulterium cognoverat, vel non virginem illam duxerat. Cum enim sit eadem bigamiae ratio nullam novam irregularitatem contrahit, nec ea circumstantia est necessaria explicanda in dispensationis imperatione. Sicut qui sepe accedit ad fororem illius, quam ducere uxorem vult, non tenetur explicare dispensationem, nec multipliciter accedere. Quia eadem est assimilitas ratio. At si novam bigamiae speciem incurrit: ut quia prius duxerat aliam corruptam, vel bis matrimonium inierat, credo similiter restitutionem differendam esse. Quia cum illa nova species sit explicanda, sicut & nova assimitas, vel consanguinitas, redderet multo difficiliorum dispensationem, atque ita vir incurretur damnum, quod reparari nequit.

23 Quod si roges, quando dicantur probationes in continenti oblatas, ut impediatur restitutio quoad carnalem commercium, in casu periculi peccati, aut damni irreparabilis iuxta numero praecedenti dicta? Id certum est, non desiderari habere statim secum probationes, quod vulgo dici solet, Teneras en el seno: sed satis esse, ne longe dilationes petantur, sed infra breve tempus exhibeantur. Quod colligentes ex contextu docent Ant. c. Litteras, n. 14. de resp. spol. ubi Abb. n. 6. Imola n. 10. At in tantanda hac temporis mora, nimirum, quanta debeatur esse, diffident Doctores. Archid. 3. q. 1. in princip. n. 5. dixit casum esse frigidum. Alii vero dixerunt eam esse 8. diem. Ducunturque decisione, cap. Sotus, vers. In prima, de sent. excomm. in 6. quae id minime probat, led quod dicemus n. 27. Sic Hosten. sum. tit. de divortio, n. 7. vers. Dicit, Alberic. in suo dictionario, lit. M. verb. Matrim. 8. vers. Quid si aliqui conjugum. Affens. sum. 2. par. lib. 8. tit. 33. ar. 2. in. Sivo. ver. Divortium quest. 8. Tabiena matrim. 4. p. 4. num. 5. Armilla verb. Matr. n. 76. Gaeta resp. cap. ad l. imina 30. q. 1. §. 4. n. 216. Sed frequentior ac verior Doctorum sententia habet, incontinenti dici aliquod breve temporis spatium arbitrio iudicis taxandum. Si enim exceptio obijceretur, ad cuius discussionem necesse foret testes examinare, vel instrumenta antiqua producere, & super quorum veritate disputandum esset, non possent dici probationes in continenti oblatas. Sic alius citatis tradit Menoch. de arb. l. 2. cent. 1. casu 12. n. 4.

24 Nec obstant textus in contrarium adducti n. 27. ad probandum restitutionem semper differri probationibus in continenti oblati. Quia c. Litteras, procedit ratione periculi peccati. Ut probavi n. 22. Et lex illa finalis procedit, quando agitur de adificanda possessione, teste gloss. c. 1. ver. Contentionem, de resp. spol. tunc enim oblati probationes in continenti oblatas. Ut multis relatis tradit Menoch. de adific. post. remedio l. q. 29. n. 104. §. seq. Et eodem modo intelligitur regula, dolo facit. Ut ibi explicat Dynus n. 3. §. 3. in l. Naturaliter, §. Nihil commune, n. 2. ff. de acq. poss. Et eodem modo est intelligenda l. Illa reg. 27. ut exponit ibi Greg. Lop. verb. Que le entegrasse. Unde diversum est in nostro casu, in quo de recuperanda iam adepta possessione, & per injuriam spoliatus ablati, agitur.

25 Ill. Concl. Ut possit conjux adulter expelli ab habitatione, propria auctoritate, minime expectata Ecclesiae sententia, ita ut in foro externo non computet adulter beneficium restitutionis, desideratur adulterium ita notorium esse, ut nulla prolius tergiversatione clari possit: prout explicuit Ill. sent. n. 13. relata, quae placet omnino mihi. Quoniam cum conjux adulter sit in possessione pacifica, ut illa, propria innocens auctoritate spoliatur, sique hac publica quasi pena abque iudicis auctoritate inferatur, nec statim computat sibi restitutio, sequuntur, ut ita notorium sit adulterium, quod spoliandi causam praebet, ut oculis pateat. Causa enim restitutionis gaudet multis privilegijs: ob rationes n. 14. & 22. allatas. Quid vero, si conjux ob impotentiam spoliatus, fateatur in iudicio se fornicatum? dixi l. 7. disp. 112. a. n. 15.

26 Quod si agenti adulterio ut restituitur, opponat conjux inane adulterium ita notorium (ut praediximus) quo restitutionem impedit: oportet id notorium probari, vel per evidentiis rei, vel per adulteri ipsius in iudicio confessionem: unde ad impediendum restitutionem non potest per testes probari. Et quod causa restitutio sit valde favorabilis, & multis gaudens privilegijs, c. finali, de ordin. cogn. Ita Abbas, c. penult. n. 4. de adul. Et coniat ex textu, ibi: Mandamus quatenus nisi tibi constiterit, vel per evidentiis rei, vel per confessionem legitimam mulieris, quod adulterata sponte fuisset, ipsum recipere compellas eandem. Ubi glossa, ver. Confessione, explicat, Fadum in iure. Et verb. Evidentiis, explicat, Ut quia publice fuit fornicata, vel filium adulteriosum procreavit habet testem. Quam glossam ibi explicantes Abb. m. 6. §. Anam. 10. dicunt non accipi publice, ita ut omnibus vicibus sit publice proditura: sed si recedat in nam adha-

re publice concubinario, illum in eadem mensa & lecto retinens: vel passim admittat viros ad adulterandum: vel filium habet, cum tanto temporis intervallo a marito separata sit, ut ex illo concipere nequeat, ut si a parva tempore transiit sit annus, ex quo non habuit cum marito.

Hoc autem notorium satis est, si tale iudici vel alius dummodo probationes sint in promptu, secus si terminus prolixus petatur. Ita Innoc. c. Significasti, n. 4. vers. Item intelligi, de divortio. Ant. ibi, n. 8. Carlin. n. 2. Praep. n. 4. Unde Arch. c. fin. num. 1. de resp. spol. in 6. §. ubi Dominicus, n. 13. vers. in ea glossa, dicitur quando constat iudici de notorio in iure promissum defectu, ipsum debere restitutionem denegare aliqui alii probationibus: ut parat laboribus, & sumptibus litigantium. Et id deducunt ex eo textu, in quo ex confessione petentium decimas sibi restitui, quibus spoliati erant, constabat decimas ad ipsos minime pertinere, & ita Pontifex restitutionem denegat. Quoniam autem non est notorium ex ipsis actis defensionis proprietatis, petentis restitutionem, sed est notorius alius, & ita ea notorietas probanda est brevi mora, ut denegetur restitutio: eam brevem moram, credunt quidam esse spatium 8. dierum, per c. Sotus, vers. In prima, ver. excomm. in 6. ibi: Nisi cum excommunicatum pro manifesta dicitur offensa, in quo casu terminus octo dierum indulgetur sic dicitur. Et ita intelligit Hosten. in sum. tit. de divortio, n. 7. Jo. And. c. fin. n. 1. de adul. §. ubi Antonium, n. 4. Arch. n. 3. Card. n. 1. opposit. l. Henric. cap. Litteras, num. 4. de resp. spol. ubi hoc textu ducti, ajunt notorium dici, quod octo dierum spatium probati potest. Substant Joan. Andr. Ant. Arch. Card. alios sentire hoc spatium esse duorum mensium. Et alios opinari esse spatium quo illa instantia durat. Et nullam harum opinionum reprobat. Sed melius Ananias eo cap. fin. num. 1. dicit forte tutius esse, id spatium committi iudicis arbitrio: per notata cap. Licet iuxta gloss. ver. Menchius, de probat. Quod consonat is quae num. 23. diximus.

Tria hic observanda sunt. Primum est, si conjux expulsius 8. ob adulterium ita notorium, ut oculis pateat, & nulla possit tergiversatione clari, petat restitutionem, allegans adulterium expellentis, ac proinde compensationis faciendam esse: non erit statim restituendus, nisi fuerit simili modo notorium adulterium expellentis, quod per modum compensationis obijciat: sed audietur probationes, & si id probaverit, restituetur. Ita per illum textum docent gloss. c. Significasti, verb. Nisi constaret, de divortio. Et ibi Innoc. n. un. cod. verb. Hostenius in fin. Ant. n. 8. Abb. in fin. Alex. de Neco, n. 8. Praep. n. 4. Joan. Andr. cap. fin. n. 1. de adul. ubi Ant. n. 4. Et ratio est, quia conjux expulsius agit tunc, ut in possessionem, quae iure ob adulterium notorium spoliatus est, restituitur. Quare cum possessio stet pro spoliato, non cogendus est ad eam restituendam, nisi constet notorie de suo adulterio, quod ei per modum compensationis opponitur.

Secundum est, si conjux non replisset conjugem adulterantem, quamvis notorium, sed peteret divortium, & adulter ille notorius tueretur le adulterii etiam occultis conjugis petentis divortium exceptione: iudicanda esset ea exceptio: Quia petens divortium, agit tunc iudicio petitorio. Ita Inn. Abbas Praep. Alex. de Neco, n. praeced. alleg. Ant. cap. Significasti, num. 8. de divortio.

Tertium est, Quidam temperant ut conjugi spoliato denegent restitutio ob adulterium ejus notorium, quando id amittit post spolum, secus si ante. Et ita conciliant cap. Porro, c. c. Significasti, de divortio, ut illud, concedens restitutionem in adulterio notorio, intelligatur de commisso ante spolum: hoc autem illam denegans, de commisso postea. Ita gloss. sum. tit. de conu. conjug. num. 7. fin. §. ubi Hosten. n. 9. Jo. Andr. d. c. Significasti, n. 8. Henr. ibi, n. 5. 6. §. c. Usuratus, n. 6. de conu. conjug. Alberic. in dicit. ver. Matrim. 8. vers. Quod si aliquis conjug. Frzburg in sum. conf. lib. 4. tit. 19. qu. 2. Affens. 2. par. sum. lib. 8. t. 11. ar. 2. q. 8. Braun. de spoli. concl. 30. num. 12. casu 4. Gaeta cap. ad l. imina 30. q. 1. §. 4. n. 216. Graffius 1. par. dicit. l. 2. c. 84. n. 13. §. 2. par. l. 1. c. 12. n. 66. Sed merito reprobat hanc distinctionem Card. dicit. cap. Significasti, num. 2. oppos. l. §. ubi Praep. num. 4. dicens denegari restitutionem ob adulterium spoliati notorium, sive admisso ante sive post spolum, Quod nulla sit differentia ratio. Imo cum adulterium spoliati post spolum commissum sit levius, ac minoris poena dignum, utpote cum iniuste spoliatus aniam dedidit, minus impedire debet ut sibi conjux spoliatus restituitur, quam adulterium patratum ante spolum. Et ita d. cap. Significasti, tanquam casum de quo poterat dubitari, decidit adulterium notorium spoliati post spolum admittum impedire sibi restitui spoliantem, non obstante quod spoliatus aniam dederit, & tanquam manifestum supponit, adulterium admittum ante spolum a fortiori impedire restitutionem: utpote quod turpius ac nulla data occasione est perpetratum. Atque hujus etiam sent. favet. Cov. 4. decr. 2. par. cap. 6. §. 5. num. 12. §. Enrig. l. 11. de matrim. cap. 17. num. 2. ubi indistincte ajunt non concedendam restitutionem conjugi spoliato, ob adulterium notorium.

Ill. Concl. Conjux adulterii sui conjugis consocius, potest 31 in foro conscientiae, seculo scandaloso, ab ejus habitatione divertere, quamvis adulterium sit occultum: nec ad id aliqua iudicis sent. desideratur. Prob. ex cap. Divi Domini, 32. 2. quod est D. Hieron. in cap. 19. Matt. ibi: Uicunque fornicatio est, vel fornicationis suspicio, libere dimittit uxorem. Nam ver.

